Pacem tuitionem et evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni im-
pedimento iuridico quarumvis personarum quarumcunque et removebant per totum tem-
pus tenutae eiusmodi cavet sub vadio simili aliorum sexaginta quinque florenorum
Polon. Et coram officio praesenti peremptoria responsione Omnibus iuris remediis se et suos abstenendo.

Roszki Ziemaki Donatio

Coram officio et Actis praesentibus castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Stanislaus
olim Gregorii Kniezewski de Roszki Ziemaki sanus mente et corpore
existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni filio Martini Roslowski
et ipsius Successoribus omnem suam immobilium in hereditate Roszki Ziemaki
sitam locatam in campo dicto Gimeslie prope Kniezewscien. totam
tam et integram sortem suam se quovis modo et iure titulo concernentem
a granicie Kniezewska ad Seriam extendentem cum agris pratis campis silvis
et omnibus utilitatibus nihil excepto dedit donavit inscripsit et in perpetuum
assignavit. quae bona idem Roslowski sibi debet ab obligationibus
possessoribus suis propriis pecuniis eximere et liberare. Cui iam ex nunc
intromissionem realem cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos acceptandam
dat et admittit. Pacem tuitionem et evictionem omnimodam occasione prae-
missorum ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum quarumcunque
et removebant per omnes successores cavet et specialiter a Nobili Matheo
Kniezewski fratre suo germano, et si in sibi loco aliquid fundi
quempiam ademptum fuerit in aliis locis adimplere tenebitur et se
inscribit sub damnis omnibus simpliciter taxandis et dicendis. Et coram officio
praesenti in primo Terminorum peremptoria responsione Omnibus in universum
iuris remediis se et suos successores abstenendo.

Roslowski Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Gaspar
olim Felicis Roslowski de Roszki Ziemaki sanus mente et corpore
existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim Alberti
Roslowski de eadem [?] et ipsius successoribus omnem suam immobilium
in hereditate Ziemaki Roszki consistentem in campo Zagorze silicet Jenum
Jary a Struga ad granicies Gonsiorowski Szczawinskie tendentem inter
medio Nobilis Martini Roslowski et sui recognoscentis iacentem cum omnibus utilitatibus
nihil excepto in duabus sexagenis Polon. ad exemptionem obligavit
et inscripsit. Cui iam ex nunc intromissionem cum possessione pacifica per Nobilem et Nobiles duos
officio acceptandam dat et admittit. Pacem tuitionem et evictionem o-
mnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumvis perso-
narum quarumcunque et removebant et specialiter a fratribus suis germanis
per totum tempus tenutae eiusmodi cavet sub vadio simili aliorum duarum
sexagenarum Polon. Et coram officio praesenti peremptoria responsione Omnibus in uni-
versum iuris remediis se et suos successores abstenendo.

G. Zalibski Intromissio

Ministerialis Regni generalis Nobilis Albertus Sklodo una cum Nobilibus Stanislao
Szerc et Valentino Sklodo coram officio praesenti castren. Branscen. personaliter stans
palam recognovit. Quia sabbatho proxime praeterito condescendendo ad bona
et villas Szerce Krzywice Czibarzewo Kurka Zawrola Wiszowate
eundem Generosum Jacobum olim Christophori Zalipski filium in omnia

et singula